

4.

Heinrich II. nimmt das Kloster Helmarshausen in Schutz und bestätigt ihm die Freiheit von Corvei und der andern Reichsklöster, den Besitz, das Recht den Vogt zu wählen und die Immunität.
Merseburg 1003 Mai 7.

C f. 13. — DH. II. 47 (Stumpf Reg. 1357). — VU ist n° 2.

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus^a divina favente clementia rex^a. Notum sit^b omnibus fidelibus nostris presentibus scilicet et futuris, qualiter nos supplicibus^c Haulfi abbatis precibus pro divino amore condescendentes quoddam sancti Saluatoris monasterium in loco Helmwardeshusen^d dicto in comitatu vero Dudiconis et^e in pago Angira situm, cui idem abbas presidere videtur, in nostrum mundiburdium^f et regie immunitatis tuitionem suscepimus, statuentes^g per hoc nostre^h auctoritatis insigne^h monachis ipsius loci talem deinceps legem, qualem Corbeia ceteraqueⁱ nostre specialis providencie monasteriaⁱ publica videntur habere, ita ut nec idem monasterium nec terra eius nec homines in ea residentes aliquod seculare servitium in perpetuum alio inviti sive coacti persolvant; omnia vero, quae aliqua fidelium oblatione^k sive dono aut voto inibi collata^l fuerint, sub eadem libertate abbati monachisque^m eiusdem loci, remota omnium personarum contradictione, deserviant. Habeant etiam licentiam eligendi sibi advocatum, quem suis et monasterii usibus utilem esse perspexerint, hoc per nostram munificentiamⁿ superaddito, ut nullus dux comes seu aliqua hominum magna sive parva persona in iam dicto monasterio sive in omnibus, quae ad illud pertinent, placitare, parafredos aut aliquam^o publicam^o functionem^o exigere presumat nullusque^p in eius^q domibus sine^r abbatis aut congregationis assensu mansionaticum habere presumat. Et ut haec nostra regalis auctoritas nunc et in futuro^s firmior permaneat, hanc paginam manu propria roborantes sigillare iussimus.

Signum^t domni Henrici (M.) regis invictissimi.^t

^a) Henricus — rex fehlt in C. ^b) sit fehlt in C. ^c) simplicibus C.
^d) Helmwardeshū C. ^e) est (ē) C. ^f) mandiburdium C. ^g) folgt et in C. ^h) nostras auctoritates insignes C (statt dessen Lücke bei WENCK).
ⁱ) ceterique nostras speciales providentias monasteriumque C (statt dessen Lücke bei WENCK). ^k) oblationes C. ^l) collecta C. ^m) monachiisque C. ⁿ) manus tenentiam C. ^o) aliqua publica functione C. ^p) nullumque C. ^q) eis C. ^r) sive C. ^s) futuro C. ^t) Signum — invictissimi fehlt in C, aber das M. ist nachgezeichnet.